nes salubritatem tibi tuisqꝫ tantā desiderant: quātam maximā aīo concipe possunt. Doctori Friburgēsi me cōmendatū effice. Nisi siluestribus penitus occludere mur rupibus: aliqd ciuilius ad vos munus mitterem⁹ Valete. Ex Vuiltbaden ad. vij. ydus Augusti. A natali Christi. M. cccc. lxxxi.

Gracias agit pro remedijs Matri impensis. Describit valitudinis Materne condicionem: cōsilia petens vlteriora.

Petrus Schottus Peritissimo atqꝫ doctissimo Arcium & Medicinę Doctori: domino Iohanni Vuidman in Baden tanqꝫ fratri charissimo. S. P. D. Incredibilis humanitas tua vir p̄stantissime quam ī meos exhibuisti: efficit ut audenciori aīo q̄ in rem nrām esse existimē: a te doceri querā. Ingenui siquidem (ut Cicero nr̄ ait) est animi: cui multū debeas: eidē plurimū velle debere. Itaqꝫ cū post deū optimū maximū: tibi recupatā sanitatē: vel pocius vitam charissime Genitricis meę videar debere: nō sum veritus a te quoqꝫ qua p̄seuerare possit: rōnem expostulare. Qua valitudine confecta fuerit Genitrix mea: dum apud vos diebus proxime exactis esses: vidisti. Quę iussisti p̄ter vnū fœcim⁹ cętera. Pill' Alefaginas semel sūpsit. vij. numero: neqꝫ tn̄ laxarūt. Electuario q̄d ordinasti: utit' q̄tidie. Verū pill' grossas nō sumpsit: verita vehemēciā eius q apud nos est caloris Quod ad eam ptinet: altero statim die robustiorem se exhibuit. Verū p interualla quedā dierū rursū lāguit: paulo qꝫ pri⁹ remissiori breuioriqꝫ defectu. Id ter quaterqꝫ passa ē. Sepe noctu sudauit. Duos dies continuos p̄ter consuetudinē suam: beneficio ventris naturaliori soluta: iterꝫ vix ad quartū diem semel ventrē exonerat. Sāguinē Epatice parū: Rosarie autē copiosi⁹ eodē die minuit. Id enim ꝑficere sibi existimauit. Ad balneas seu thermas ī Valtbrun: vna cū


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG